

Si aliquid ergo de nouo creetur, & incipiat ibi esse Deus vbi prius non erat, quia nihil erat, hoc non erit per mutationem Creatoris, sed per se. Jam mutationem creature, quae incipit ad suum Creatorem habere ordinem, quem non habebat. Sic si aliquid annihilaretur, ibi non esset Deus, quia nihil esset, nam per mutationem Dei, sed per solam mutationem creature, quae desineret habere illum ordinem ad Deum, quem prius habebat. Corpus ergo potest moueri motu partium corporis, in quo est; Angelus autem motu totius, & etiam anima: Deus autem nullo modo mouetur, sed vel est qualiter non erat, & hoc per mutationem creature: vel si est, vbi non erat, vel definit esse, hoc est per rem de novo creatam, vel de novo annihilatam.

## RESP. AD ARG. DVB. I.

Angeli quo dicuntur moueri per tempora, non per loca.

**A**d primum dicendum, quod Angelii, vel spirituales substantiae dicuntur moueri per tempora, non per loca, non quin possint moueri de loco ad locum. cum enim sunt in celo, possunt descendere ad terram, sicut ex pluribus locis scripturae sacrae haberi potest. dicuntur tamen moueri per tempora non per loca, quia nisi prius mouerentur per tempora, non mouerentur per loca. In motu enim corporum motus localis causat tempus, siue fluxum temporis, sed in motibus Angelorum motus temporum causat motum locorum, ut si Angelus mouetur de loco ad locum, ut quia nunc descendit de celo, & prius non descendebat, iste motus locorum presupponit motum affectionum. Non enim sic est de Angelo, sicut de Deo: ut sicut Deus unica voluntate aeterna, & immutabiliter facit, quæcunque temporalia, & mutabilia, sic & Angelis; immo Angelus secundum affectiones mutatur, & secundum motum affectionum hunc motus intellectum, ut quod nunc intelligat unum, nunc aliud, & motus applicationum, ut, quod nunc applicet virtutem suam ad unum locum, nunc ad alium. Et quia varietas Angelii secundum affectiones, & intellectus, facit ipsum Angelum subiacere aliquo modo tempori, licet illud tempus non sit eiusdem rationis cum hoc tempore, ideo dicitur Angelus etiam secundum sua interiora moueri per tempora. Et quia motio secundum exteriora, ut moueri secundum loca, presupponit motionem secundum interiora, quae est motio secundum tempora; ideo, ut diximus, Angelus mouetur per tempora, non per loca, quia nisi possent moueri per tempora, id est, nisi possent moueri secundum affectiones, & intellectus interiores, qui potest dici motus per tempora, non possent moueri secundum applicationes exteriores, qui potest dici motus per loca. Cuius enim natura est immutabilis secundum affectiones interiores, est immutabilis secundum applicationes exteriores, ut non incipiat alicubi esse per mutationem sui. Ideo Deus dicitur in 8. Physic. omnio immobilis per se, & per accidens, & ab intra, quod intellige-

8. Phys. T. c. 45. 46.

## Quæst. II.

**A**tque non competit, quia secundum inferiores affectiones mutari possunt.

Ad secundum dicendum, quod intelligentiae non motæ mouent celos, quia non mutant locum secundum substantiam, sed solum secundum dispositionem, & quia motores orbium non sunt in celo situatamente, nec disponuntur dispositione cœli, ideo propter talem mutationem localem, nec per se, nec per accidens locum mutant.

Aduertendum tamen, motores cœli secundum quosdam mouere immobilem, quia, ut aiunt, Angelus est in toto celo, ut motor, sicut anima rationalis est in toto corpore, ut forma. & quia sole partes cœli mutant locum secundum substantiam, ideo non mouetur Angelus propter talem motum, sicut non moueretur anima, si soli hoc modo moueretur corpus eius.

Sed hoc non videtur bene dictum, quod una spiritualis substantia creata possit esse in toto celo. Nam forte totum supremum cœlum est plus, quam omnes alij cœli, etiam cum sphera actiuarum, & passiuorum. Credibile est enim, quod partes vniuersi ordinatè se excedant, ut, quod aqua sit decupla ad terram, aer ad aquam, & ignis ad aerem. Propter quod aer etiam est plus, quam aqua, & terra, & ignis plus continet de spacio, quam omnia alia elementa, & forte in celestibus supremum cœlum est plus, quam totum aliud.

Si ergo aliquis Angelus posset esse in toto ultimo mobili, posset aliquis Angelus esse in toto alio vniuerso, quod nimis esset dilatare virtutem, & potentiam creature. Ideo possumus dicere cu Philosofo in 8. Physic. quod motor cœli est in parte orientali: dicemus tamen, quod partem illam cœli in se, quæ nunc est in oriente, respicit motor cœli materialiter: sed, ut est orientalis, respicit eam formaliter, non formaliter, quod sit forma eius, sed formaliter, quia sub hac ratione est motor eius. Oe enim, quod est tale sub ratione talis, siue sit motor, siue quodcumque, formaliter dicitur esse tale. Quamuis ergo nunc una pars cœli sit in oriente, nuncalia, tamen formaliter semper Angelus mouebit eandem partem, quia semper mouebit eam sub hac ratione formaliter, ut est in oriente. Sicut si aliquis existens in aliquo loco, & vento flante, nunc habeat hunc aerem iuxta se, nunc alium, semper erit in eodem loco formalis, quia semper erit ibi, ut habet eundem ordinem ad vniuersum. Sic motor cœli non mutat locum, sed dicitur immobilis mouere, quantumcumque moueat aliam, & aliam partem cœli, quia semper mouet sic aliam, & aliam, ut habet eundem ordinem ad orientem. Toto ergo cœlo non mutante locum secundum substantiam, partes cœli poterunt successivè habere eundem ordinem ad vniuersum, ut intelligentia semper in oriente manens, possit mouere non mota. Sed non est simile de corpore assumpto ab Angelo, cum totum tale corpus sic mutet locum secundum substantiam, ut etiam secundum se totum non habeat eundem ordinem ad vniuersum.

Ad

Angeli non mouent celos.

Angeli Matores celorum in qua parte eorum esse dicantur.

Intelligentia non est in toto celo.

Tex. c. 48. Motor cœli formaliter respicit partem orientalem.

Ad tertium dicendum, quod quantuncunq; corporalis substantia obiediat Angelo ad nutū, quātum ad motum localem; nunquam tamē Angelus mouebit aliquid corpus, nisi sit in corpore, quod mouet, & nisi applicet virtutem suam ad illud. & quia moto aliquo, mouetur omno illo, quod est in ipso diffinitiū, ideo saltem per accidens mouetur Angelus ad motum corporis assumpti.

## Resolutio Dub. II.

*Angelorum vox in corporibus assumptis, locutio propriè dici non potest. Non est n. ab Animale, nec est ueris instrumentis formata. Nec sonus ille per imaginationem conceptus dici ualeat, cum ibi virtus imaginativa non sit. Nec vox illa proprij intellectus interpretativa est, cū ex Angelo, illoque corpore per se vnu non sit, sed est ibi non sibil locutioni ad simile, sicut instrumenta illa, ex quibus reddi vox debet, non naturalia, sed naturalibus similia esse dicuntur.*

**A** id autem, quod queritur: Vtū Angelus in corpore assumpto loquancur, dici dēt, qd aliud est vox in se, & genera litter sumpta, & aliud est vt est locutio, quod est propter hominis, quia vt dē primo Politicorum Huic soli. si omni sermonē natura dedit, vi enim vellemus qd vocē diffinire generaliter diceremus: Est sonus ab animali prolatus, naturalibus instrumentis formatus, sui ipsius significatus. Si hēc oīa concurrant, sufficiūt ad rationē vocis, oportet enim primo, qd vox sit sonus ab ore animalis prolatus, quia vt dicitur in 2. de anima: Nihil inanimatorum, i. nihil, quod nō est animal vocat, i. vocem facit, non enim sufficit, qd sit animatum quodecumque, qd vocem facit, sed oportet, qd sit animatum anima sentibili, & qd sit animal, quia vox est sonus respirati aeris, nihil autem respirat, quod nō est animal. Nec a quacunque parte animalis profertur vox, nam multa animalia brachijs sonant, quorum sonorum nihil est vox. Respiratio enim aeris, ex qua sit sonus, ob ore animalis procedit, & ab alijs organis. Propter quod oportet, quod huiusmodi sonus sit naturalibus instrumentis formatus, vt per os, & per vocalem arteriam, & per alia organa, quae concurrunt ad formationē vocis. Ideo dicitur in 2. de anima; quod vox est sonus respirati aeris, non in qualibet parte, sed in parte determinatur, vt in vocali arteria, ubi formatur vox, & etiam in alijs organis, quae concurrunt ad huiusmodi formationē. Diffinitur tamen ab aliquibus vox, qd est sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus, sed cum os computetur inter naturalia instrumenta, per quae formatur vox, melius est, vt dicamus, quod ad hoc, quod sit vox, requiritur, quod sonus ab ore animalis prolatus sit naturalibus instrumentis formatus. Requirit etiam, qd

**A** vox sit sui ipsius significativa. I. qd significet se ipsam imaginatam, vt, qd talis profertur in sono, qualis concipitur in imaginatione. Ideo dicitur in 2. de anima, quod significatus sonus est vox. Et inde est, vt ibidem innuitur, quod tussis non est vox, licet enim tussis profertur ab ore animalis, & licet ad tussim cooperentur organa, cum quibus formatur vox, tamē quia huiusmodi sonus non profertur cum imaginatione, non habet rationem vocis. Omnis enim vox significat seipsum in imaginatione conceptam. quia si sine imaginatione profertur, est sonus tantum, non vox.

**B** Advertendum tamen, quod licet præfata sufficiant ad rationem vocis, tamen quia nostra questione non est de voce quacunque, sed de voce, quae est locutio, oportet addere quartum ad rationem locutionis, vt dicamus: quia locutio est sonus ab animali prolatus, naturalibus instrumentis formatus, sui ipsius significatus, ac proprij intellectus interpretabilis, vt distinguamus, sicut distinguit Philosophus in 2. de anima, inter significationem, & interpretationem, volēs, quod significatio sit essentialis voci, sed interpretatio eius sit de bene esse eius. Potest enim vox comparari ad imaginationem, & intellectum, & vt comparatur ad imaginationē, est sui ipsius significativa, quia significat seipsum in imaginatione conceptam. Quicunque enim vidēs quodcumque animal vocem emittere, statim potest cognoscere, quod talis sonum imaginatum est, qualem exterius expressit. Et quia ille sonus extra prolatus est signum sui ipsius in imaginatione concepti, vel aliter sonus ille non esset vox, ideo omnis vox dicitur esse significativa, nec est talis significatio ad placitū, immo naturaliter sicut est imaginata vox, sic in voce profertur. animal enim emittens vocē, nō imaginatur unum sonum, & emittit alium, sed qualem imaginatur, talem emittit. Ideo determinato modo significat vox, vt cōparatur ad imaginationē. Sed, vt comparatur ad intellectū, significat ad placitū, conceptiones enim in intellectu non habent, quod significant per has voces vel illas, nisi prout per nostrum beneplacitum sunt impossibile ad significandum. Vtique ergo modo significat vox naturaliter, vt cōparatur ad imaginationem: & ad placitū, vt comparatur ad intellectum, sed prima significatio retinet sibi nomen commune, & vocata est significatio. Secunda vero habet speciale nomen, & dicta est in interpretatio. Et quia significatio est voci naturalis, dicitur esse quid essentialē voci: interpretatio autem, quia est significatio ad placitū, dicitur de bene esse eius: qd Vox ergo, vt vox est, comparatur ad tria, ad animal, à quo profertur: ad organa, per quae formatur: & ad imaginationem, in qua concipitur. Et quia omnia ista comprehendimus etiam in animalibus bratis, etiam bruta animalia possunt vocem emittere: sed vox, vt est locutio, oportet, quod habeat prædicta tria, & quod superaddat quatuor, videlicet, qd com-

Vox fulig  
sus signifi  
ca causa.  
T. c. 90.

Tussis eorū  
vox nō sit.

T. c. 44.  
Locutio  
quid.

\* Vox cō  
parata ad i  
maginatio  
nem natu  
raliter. &  
significat ad  
intellēctū  
autem, &  
placitū.

\* Vox, vt  
vox, aut so  
nus, cur in  
Bratis non  
autem vox,  
vt locutio  
sed, in ho  
mīne tan  
tum esse &  
causa.

Arto. 1.  
Polea 2.  
\* Vox gene  
raliter sum  
pta quid.

T. c. 57.

T. c. 11.

Vox quid.

*Bruta earum  
loqui non  
dicitur.*

*Vocis con-  
ditiones  
quatuor.*

paretur ad intellectum, q̄ sit proprij intellectus A interpretativa, vēl saltem interpretabilis. i. apta, nata interpretati, quia est possibilis, vt ordinetur ad interpretationem, & secundum hoc nullum animal irrationalē propriè loquitur. quia sicut organa inanimata, cuiusmodi sunt organa musicalia, faciunt aliquid simile voci, tamē ille sonus propriè nō est vox, q̄a nō est propriè ab aiali prolatuſ, nec formatus naturalibus organis, nec in imaginatione cōcept⁹; sic aialia irrationalia, cu iusmodi sunt multæ aues, simulant locutionē ho minis, nō tñ propriè loquuntur, quia cū nō hēant intellectum, voces illæ non sunt propt̄ intellectus interpretatiæ, nec loquuntur aues sic imitātes humanam vocem, q̄ vrantur vocibus illis, vt locutiones sunt, &c, vt ad significandum imposit⁹ sunt, sed solum per quandam assuetudinem aliqua possunt apprehendere ad voces illas, sicut & canes, licet voces similes humanis non possint emittere, tamen ad voces hominum nunc in sequuntur bestiam, nunc insequuntur cessant, secundū voces hominum emissas.

Reuertamur ergo ad propositū, & dicamus, q̄ cum quatuor concurrant ad locutionem, secū dum nullum illorum quatuor sonus, quem facit Angelus in corpore assumpto propriè locutio dici potest. Nam ille sonus non est ab animali factus, cum illud corpus, quod appetat, nō sit aial.

Non est etiam naturalibus instrumentis formatuſ, quia in illo corpore assumpto ab Angelo, quod extra appetat, non sunt naturalia organa vocis, q̄ sit ibi os, dentes, palatum, lingua, vocalis arteria, pulmo, diaframma, & cetera talia. Nihil n. horum ibi verè est, licet sint aliqua similia istis.

Tertio ille sonus non est per imaginationem conceptus, quia nec est ibi virtus imaginativa.

Quarto ille sonus non est proprij intellectus interpretabilis, quia ex Angelo, & illo corpore, non sit vnum secundum esse, q̄ vnum, & idem loquatur, & intelligat. Nam non est in homine, q̄ anima intelligat, & corpus loquatur, sed ex anima, & corpore sit vnum, t. homo, qui & loquitur per organa corporis, & intelligit per potentiam intellectuam animæ. Ideo talis intellectio dicitur esse proprij intellectus interpretativa, quia vnum secundum esse fit ex anima, in qua est intellectus, & corpore, in quo sunt organa ad loquendum, vt ex hoc illud vnum, quod sic resultat, videlicet hoc dicatur proprium intellectum per propriā locutionem exprimere, & quia tale vnum nō sit ex Angelo, & corpore assumpto, non erit ibi propriè locutio. Erit autem ibi aliquid simile locutioni, quia potest Angelus formare sonos similes locutionibus humanis, & erit ibi expressio intellectus alterius, quia corpus illud, per quod formatur sonus, quod non propriè facit vnum cum Angelo, per huiusmodi sonum aliquo modo exprimit conceptiones alterius, id est, conceptiones in intellectu Angelii, qui secundum esse non est quid vnum, sed est quid alterum ab huiusmodi corpore.

R E S P. A D A R G. D V B. II.



D. primum dicendum, quod in ſc̄ptura ſacra inuenimus Angelos locutos fuſſe, quia formauerunt ſonos ſimiles locutionibus.

Ad secundum dicendum, quod Angeli per ſonos illos exprimunt conceptiones in ſuis intelligibiliſ, fed propter hoc non est ibi propriè locutio, quia cum non fiat vnum, & idem ex Angelo intelligentē, & corpore ſonante, non erit ille ſonus expreſſio intellectus proprij, q̄ idem ſit, in quo est ſonus, & in quo est intellectus, vt est per habita manifestum.

B

### A R T I C. III.

*An in eodem corpore assumpto,  
Angelus inferior, & Deus,  
apparere dici poſſint.  
Conclusio eſt affirmativa.*



E R T I O quætitur: Vtrum in corpore assumpto, quod mouet Angelus inferior, poſſit dici apparere Deus, vel Angelus superior. Et videtur primo, q̄ in tali corpore, non appareat

Deus, quia vt dicit Aug. 3. de Trini. Dei. tota illa natura corporea p̄ſentata oculis antiquorū Patrum fiebat ministerio Angelorum, ergo Angeli apparebant in illis corporibus, & non Deus.

Præterea Angelus apparet visibilitet assumit corpus, in quo apparet, sed Deus nunquam assumpsit corpus niſi in vnitate personæ, ergo &c.

Præterea cum Angelus apparet in aliquo corpore, eſt vbi prius non erat, hoc non poſteſt competere Deo, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M eſt, quia, vt dicitur Exodi: Cum dixisset Moyses, q̄ volebat videre visionem illam de rubo ardente, & non com burente, audiuīt vocem de medio rubi dicentē: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, &c.

Constat autem, quod illud corpus administrabatur ministerio Angelii, quia rota corporalis ſubstantia ſic administratur, & tamē apparebat ibi Deus.

D

Tomo 3.  
cap. 10.

## Dub. I. Lateralis.

*An in eodem Angelus inferior, & superior apparere dici possint.  
Conclusio est affirmativa.*

**L**T E R I V s autem quæri potest: Vtrū possit apparere superior Angelus, videatur, q̄ non, quia illi apparent, qui mituntur, sed superiores Angeli secundū Diony. non mittuntur, ergo tales Angeli non apparent.

Præterea ex hoc dicitur apparere Angelus, quia per ea, quæ apparet in corpore sensibiliter, exprimuntur proprietates intelligibiles Angeli, sed nō sunt eadem proprietates superioris, & inferioris, vt supra diximus, cum ergo in illo corpos, quod mouet Angelus inferior, appareat ipse inferior, non apparebit ibi superior.

I N C O N T R A R I V M est, quia si in tali corpore appetet Angelus inferior, & Deus, poterit ibi appetere etiam Angelus inferior, & superior.

## Resolutio Artic. III.

**D**eus, & Angelus in eodem corpore assumpto appetere dici possunt, vt patet ex ordine rerum, diuinæ naturæ altitudine, nec nō ipsorum operum pluralitate.

**R**E S P O N D E O dicendum ad quæstionem primam, q̄ ex verbis Scripturæ sacræ sufficiēter instruimur, q̄ in eodem corpore appetet Angelus, & Deus. Nam Exod. vbi dicitur, q̄ Moses audiuit vocem de medio rubi dicētem: Ego sum Deus Patris tui, Deus Abraham, &c. Atq. dicitur, q̄ Angelus in igne flammæ rubi apparuit Moysi, vt ex hoc intelligamus, quod in illo rubo Deus apparebat, & Angelus. Ad quod ponendū adducere possumus triplicem rationem, vt prima sumatur ex ordine rerum. Secunda ex altitudine diuinæ naturæ. Tertia ex pluralitate operum.

Prima quidem via sic patet. Nam ordo rerum hoc exigit, vt id, quod inferior facit, superior facere dicatur. Ideo in illo rubo, & loquebatur Deus, & loquebatur Angelus, quia loquebatur Deus per Angelū, habebat enim se ille Angelus ad Deū, sicut præco ad indicem: sicut Propheta sanctus, vel sicut nuncius sanctus ad dominum. Igitur sicut, cum præco loquitur, dicitur iudex loqui, & locutio iudicis nō excludit præconem: & sicut cum Propheta sanctus loquitur, dicitur domin⁹ sanctus loqui: sic, Angelo loquente, dicebatur domin⁹ loqui. Hanc autem rationem tangit Aug. 3. de Trini, dicens: Cum verba iudicis præco nūc sciat, non scribitur in gestis; ille præco dixit, sed il-

**A** le iudex dixit. Sic etiam, vt ait, loquente Propheta sancto, si dicamus: Propheta dixit, nihil aliud intelligi volumus, quām dominum dixisse. Et si dicamus, vt ait: Dominus dixit; Prophetam non subirahimus. Sicut ergo simul loqui dicitur iudex, & Præco, Propheta, & Dominus, quia ordo rerum hoc exigit, vt superior per inferiorem loquatur: Sic in rubo simul loquebatur, & apparebat Angelus, & Dominus.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex altitudine diuinæ naturæ, quam viam tangit Aug. 8. super Gen. ad litteram, circa finem dicens, quod certissime credere debemus, Deum per suam substantiam loqui, aut per sibi subiectam creaturā.

Tomo 7.

Nā, vt dicit, loquitur Deus, & ad creaturas creandas tam corporales, quām intellectuales, quia ipse dixit, & facta sunt. quia suum dicere est suum facere: & ad creaturas illuminandas, quod non propriè competit corporalibus, sed intellectualibus, quia intellectuales substantiae sunt, quæ illuminantur per locutionem diuinam.

**D**eus s'cre  
tione quo  
modo lo  
quatur.

Cum ergo Deus loquitur ad creaturas creandas, loquitur per suam substantiam, idest, loquitur per suum verbum coæternum, quod gignit de substantia sua. Vnde Aug. super Gen. dicto li. & c. ait: Deus per suam substantiam loquitur ad creandas creaturas.

Tomo 8.

Et idem, 9. Confes. dicit: Verbo tibi coæter no simul, & sempiterno, dicas omnia, quæ dicas, & sit quicquid dicas, vt fiat, nec aliter, quām dicendo facis.

Tomo 9.

Sic ergo Deus loquitur ad creaturas creandas, quia in creatione non virut ministerio alicuius, cum nihil propriè cooperetur Deo in creatione rerum. Sed cum loquitur ad creaturas illuminandas, q̄ locutio sit intellectualibus creaturis, cum nō omnes intellectuales creature sint

**D**eus illu  
minando  
creaturas  
quomodo  
loquatur.

sic dispositæ, quod possint illam locutionem capere, ideo loquitur eis per subiectam creaturā, vel spiritualem tantum, cum fiunt aliquæ reuelationes in somnis, vel in visione, vel per creaturam sensibilem, cum aliquid sensibilitet ostenditur, sicut in rubo, & in specie ignis visibili locutus est Dominus Moysi. Vnde Aug. 8. super Gen.

Tomo 10.

circa finem dicit, quod per suam substantiam, & per suum verbum coæternum loquitur Deus illis intellectualibus creaturis ad eas illuminandas, quæ capere possunt locutionem eius, qualis est in verbo eius: In principio erat apud Deū.

Tomo 11.

Illis autem intellectualibus creaturis, quæ talem locutionem capere non possunt, cum loquitur Deus, non nisi per creaturam loquitur, aut tantummodo spiritualem, vt in somnis, & in extasi, aut etiam per corporalem, dum sensibus corporis aliqua species appetet, vel insonant voces.

D

euertendum tamen, q̄ cū Deus loquitur p̄ subiectā creaturā corporalē, nō excludit inde spiritualis, quia tota creatura corporalis administrat per spiritualem. Locutus itaq; suit Deus in rubo, & in igne sensibili, sed nō nisi per spiritualem, vt per Angelum, vt ex hoc Deus, & Angelus diceretur loqui, & appetere, ergo quia inter nos, & Deū, qui est in tanta altitudine, est media

Tomo 12.

Agid. super ij. Sent. Mm Ange  
-

Exod. 3.

At. 7.

Tomo 1.

Tomo 7.

Tomo 8.

Tomo 9.

Tomo 10.

Tomo 11.

Tomo 12.

Tomo 13.

Tomo 14.

Tomo 15.

Tomo 16.

Tomo 17.

Tomo 18.

Tomo 19.

Tomo 20.

Tomo 21.

Tomo 22.

Tomo 23.

Tomo 24.

Tomo 25.

Tomo 26.

Tomo 27.

Tomo 28.

Tomo 29.

Tomo 30.

Tomo 31.

Tomo 32.

Tomo 33.

Tomo 34.

Tomo 35.

Tomo 36.

Tomo 37.

Tomo 38.

Tomo 39.

Tomo 40.

Tomo 41.

Tomo 42.

Tomo 43.

Tomo 44.

Tomo 45.

Tomo 46.

Tomo 47.

Tomo 48.

Tomo 49.

Tomo 50.

Tomo 51.

Tomo 52.

Tomo 53.

Tomo 54.

Tomo 55.

Tomo 56.

Tomo 57.

Tomo 58.

Tomo 59.

Tomo 60.

Tomo 61.

Tomo 62.

Tomo 63.

Tomo 64.

Tomo 65.

Tomo 66.

Tomo 67.

Tomo 68.

Tomo 69.

Tomo 70.

Tomo 71.

Tomo 72.

Tomo 73.

Tomo 74.

Tomo 75.

Tomo 76.

Tomo 77.

Tomo 78.

Tomo 79.

Tomo 80.

Tomo 81.

Tomo 82.

Tomo 83.

Tomo 84.

Tomo 85.

Tomo 86.

Tomo 87.

Tomo 88.

Tomo 89.

Tomo 90.

Tomo 91.

Tomo 92.

Tomo 93.

Tomo 94.

Tomo 95.

Tomo 96.

Tomo 97.

Tomo 98.

Tomo 99.

Tomo 100.

Tomo 101.

Tomo 102.

Tomo 103.

Tomo 104.

Tomo 105.

Tomo 106.

Tomo 107.

Tomo 108.

Tomo 109.

Tomo 110.

Tomo 111.

Tomo 112.

Tomo 113.

Tomo 114.

Tomo 115.

Tomo 116.

Tomo 117.

Tomo 118.

Tomo 119.

Tomo 120.

Tomo 121.

Tomo 122.

Tomo 123.

Tomo 124.

Tomo 125.

Tomo 126.

Tomo 127.

Tomo 128.

Tomo 129.

Tomo 130.

Tomo 131.

Tomo 132.

Tomo 133.

Tomo 134.

Tomo 135.

Tomo 136.

Tomo 137.

Tomo 138.

Tomo 139.

Tomo 140.

Tomo 141.

Tomo 142.

Tomo 143.

Tomo 144.

Tomo 145.

Tomo 146.

Tomo 147.

Tomo 148.

Tomo 149.

Tomo 150.

Tomo 151.

Tomo 152.

Tomo 153.

Tomo 154.

Tomo 155.

Tomo 156.

Tomo 157.

Tomo 158.

Tomo 159.

Tomo 160.

Tomo 161.

Tomo 162.

Tomo 163.

Tomo 164.

Tomo 165.

Tomo 166.

Tomo 167.

Tomo 168.

Tomo 169.

Tomo 170.

Tomo 171.

Tomo 172.

Tomo 173.

Tomo 174.

Tomo 175.

Tomo 176.

Tomo 177.

Tomo 178.

Tomo 179.

Tomo 180.

Tomo 181.

Tomo 182.

Tomo 183.

Tomo 184.

Tomo 185.

Tomo 186.

Tomo 187.

Tomo 188.

Tomo 189.

Tomo 190.

Tomo 191.

Tomo 192.

Tomo 193.

Tomo 194.

Tomo 195.

Tomo 196.

Tomo 197.

Tomo 198.

Tomo 199.

Tomo 200.

Tomo 201.

Tomo 202.

Tomo 203.

Tomo 204.

Tomo 205.

Tomo 206.

Tomo 207.

Tomo 208.

Tomo 209.

Tomo 210.

Tomo 211.

Tomo 212.

Tomo 213.

Tomo 214.

Tomo 215.

Tomo 216.

Tomo 217.

Tomo 218.

Tomo 219.

Tomo 220.

Tomo 221.

Tomo 222.

Tomo 223.

Tomo 224.

Tomo 225.

Tomo 226.

Tomo 227.

Tomo 228.

Tomo 229.

Tomo 230.

Tomo 231.

Tomo 232.

Tomo 233.

Tomo 234.

Tomo 235.

Tomo 236.

Tomo 237.

Tomo 238.

Tomo 239.

Tomo 240.

Tomo 241.

Tomo 242.

Tomo 243.

Tomo 244.

Tomo 245.

Tomo 246.

Tomo 247.

Tomo 248.

Tomo 249.

Tomo 250.

Tomo 251.

Tomo 252.

Tomo 253.

Deus, & An  
gelus quo di  
versimode  
apparuerunt.

Ezod. 9.

angelica natura, ipse, qui vult inferiora reduce-  
re per media propter sui altitudinem, vult nos il-  
luminate per Angelos.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex pluralitate operum. nam in tali locutione, & apparitione aliquid operabatur Angelus exterior administrando, & aliquid Deus interior inspirando, & quia uterque ibi suum exercebat opus, ex hoc uterque loqui, & apparere dicebatur. Et hanc viam tangit, quædam Glo, marginalis Gregor, Exo, vbi de hac materia agitus, vbi dicitur, qd Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo Angelus modo dominus memoratur. Angelus, vt ait, quia ex terius loquendo, seruit dominus, qd interius presidens loquendi efficaciam tribuit, & subdit, qd loquens per obsequium erat Angelus per inspirationem dominus,

#### RESP. AD ARG. ART. III.

**A** primum dicendum, quod licet tota natura corporalis administretur p Angelos, tamen quia virtutem ministrandi habent a domino, ideo in huiusmodi administratione corporalium, cum appareat Angelus, potest apparere dominus, & cum loquitur Angelus dicitur loqui dominus.

Ad secundum dicendum, quod licet illud corpus assumatur Angelus, & moueat Angelus; dicitur tamen ibi apparere dominus, & Angelus, vel magis dominus, quam Angelus, si per apparitionem talis magis instruatur quis de conditionibus domini; quam de conditionibus Angeli.

Ad tertium dicendum, quod Deus ex hoc non est vbi non erat, sed est qualis non erat, quia cum per ralem creaturam, sic apparentem nouo modo instruamus de his, quæ sunt Dei, nouo modo dicitur ibi significari Deus.

#### Resolutio Dub.

*Angelus superior, & inferior (vt ex opere operato, nec non operante, ac instruzione patet) in eodem corpore assumpto apparere dici possunt.*

¶. 6.  
Idem infra  
d. 10. q. 2.  
q. c. i. dub. 1.

**A** did autem, quod quærebatur, utrum in corpore, quod mouet Angelus inferior, possit dici apparere Angelus superior, dici potest, quod cum Angeli superiores non mittantur sicut discunt aliquid facere superiores Angeli, qd faciunt inferiores, sic poslunt dici apparere superiores Angeli in corporibus, quæ mouent inferiores. Unde Esa. dicitur, quod volavit ad Esa, unus de Seraphin, & mundauit labia eius calculo, quem forcipe tulerat de altari, quod immediate non fecit ipse Seraphin cum sit supremus ordo, & non competit ei, quod volet, vel, quod mitiatur ad haec inferiora. Possumus autem ad presens triplicem rationem tangere, quare in corpore, quod mouet Angelus inferior, dici possit apparere An-

**A** gelus superior, vt prima ratio sumatur ex ipso ope-  
re operato secunda ex ipso opere operante. Tertia  
ex instruzione, quæ confluunt ex huiusmodi  
opere.

Primam viam tangit Dio. de Ang. Hierarchia, Dio. 13.

dicens, quod cum a Theologis dicitur unus de Seraphin missus fuisse ad Esa, vt forcipe de alta ri carbone sublatu, labia Prophetæ purgaret, qd sicut scriptura loquitur, necesse est vt ait Dio. vt hac questione inspiciamus, vnu p Seraphin debeat intelligi Angelus superior, vel inferior, dictus est tamen Angelus superior, & vocatus est Seraphin propter proprietatem administrationis, videbatur enim Esa, quod veniret Angelus, & cum forcipe acciperet de altari calculu, id est, lapillu quendam calidum, & ignitum, ideo dicit Dio. quod accepit carbonem, vnde littera, 70. vbi nos habemus cal-

**B** culum, habet carbunculum, ergo cum illo calcu-  
lo sic ignito incendendo labia Esa. purgavit ea,  
& quia incendere videtur pertinere ad Seraphin,  
quia Seraphin interpretatur incendens, siue in-  
cendium, ideo ratione istius ministerij, siue ratio-  
ne istius operis operati, qd est proprium ipsi Seraphin, quod fecit Angelus inferior, qd fecisse Seraphin, & qua ratione factum appropriatur Seraphin, pari ratione & apparitio, vt ex hoc dicatur apparere Seraphin.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex opere ope-  
rantis, nam ipse Angelus operans operatur in vic-  
tute Angeli superioris, a quo purgatur, perficitur,  
& illuminatur, ratione cuius, quod facit Ange-  
lus inferior, competenter appropriari potest An-  
gelo superiori, vt ex hoc superior Angelusappa-  
rere dicatur.

**C** Tertia via ad hoc idem sumitur ex instruc-  
tione, quæ sit per huiusmodi opus, nam Angelus sic  
assumens corpus, vel sic mouens ipsum, per hu-  
iusmodi opus, quod facit, potest instruere nos de  
proprietatibus suis, & de proprietatibus superio-  
rum Angelorum, & prout instruit nos de condi-  
tionibus, & de proprietatibus suis, potest dici ap-  
parere ipse, prout de superioribus potest dici ap-  
parere superior.

#### RESP. AD ARG. DV B.

**A** primum dicendum, quod licet An-  
geli superiores non mittantur, tamen  
exmissione inferiorum, poslunt dici  
apparere superiores, vt pater per ha-  
bitu.

Ad secundum dicendum, quod argumentum  
magis arguit oppositum, quam propositum. nā  
si non sunt eadem proprietates inferiorum, &  
superiorum Angelorum, quia de diversis pos-  
sunt dari diversæ instructiones, ideo Ange-  
lus mouens immediatè illud corpus poterit in-  
struere homines de conditionibus suis, & de  
conditionibus superioris Angeli, vt ex hoc  
etiam ipse superior Angelus apparere dicatur,  
quantum tamen pertinet ad instructionem  
nostram,

Seraphin in  
terpretatur  
incendens,  
id est i fra-  
dicto qd.  
dub. 1.

nostram, valde à remotis procedimus ad cognoscendum, quæ sunt Angelorum, ut ex hoc modicum innoteſcat nobis differentia superiorum, & inferiorum: tamen ut innoteſcit talis differentia, patet ex dictis, quo in corpore, quod mouet Angelus inferior, conuenienter dici potest apparere superior.

## A R T I C. IIII.

*An Dæmones ingrediātur corpora inanimata, non assumentes sed tantum mouentes.*  
*Conclusio est affirmativa.*

D.Tho. 1.q. 10.artic. 2. D.Tho.Arg.  
d. 8. Ric. d. 8. q. 2.



V A R T O queritur de Angelis, & specialiter de Angelis malis, prout comparantur ad corpora, quæ non assumunt, sed quæ solū mouent, vel vexat. Et quia huiusmodi corpora, sunt in triplici gradu, quia quædam sunt inanimata: quædam animata anima vegetativa, vel sensibili: quædam autem animata anima irrationali, ideo de omnibus his corporibus queremus.

Primo queritur de corporibus inanimatis: Vtrum angelii possint esse in talibus corporibus. Et videtur, quod non, quia aliqua inanimata corpora sunt solida, & spissa, ut minimè penetrari possint, in talibus ergo corporibus non poterunt esse Angelii.

Præterea dicitur, quod per artes Magicas Dæmones possunt recludi in aliquibus vasis, vel in anulis sub aliquibus gemmis. sed quicquid potest aliquo corpore teneri ne recedat, potest ei per ideum corpus resisti, ne subintraret, ergo &c.

Præterea quædam Glo. interlineatis Abacuch. super illo verbo: Omnis spiritus non est in visceribus eorum, dicit, quod spiritus immundus potest assistere simulacris, sed intrinsecus esse non potest.

Præterea hoc idem videntur sonare verba tex. cum dicit, quod omnis spiritus non est, &c. ergo nullus spiritus est in visceribus eorum, i. simulacrum. Si n. possent spiritus subintrare simula- cra, in visceribus simulacrorum, i. in interioribus eorum essent spiritus, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia Augustinus in de diuinatione Dæmonum vult, quod Dæmones subintrent corpora hominum, multo ergo magis possunt subintrare corpora alia.

## Dub. I. Lateralis.

*An Dæmones ingrediantur corpora animata anima vegetativa.*  
*Conclusio est affirmativa.*

D.Th.Arg.d.8.Barth.Syb.3.Dcc.cap.3.q.1.Brul.d.8.q.7.



L T E R I V S autem potest queri: Vtrum Dæmones subintrare possint corpora animata anima vegetativa, vel sensibili. Et videtur, quod non, quia si huiusmodi spiritus possent subintrare corpora animata, essent motores interiores ipsorum corporum, sed tales motores sunt animæ propriæ: ergo non Dæmones.

B

Præterea spiritualiter videtur, quod non possint Dæmones subintrare corpora animata anima sensibili, quicquid sit de anima vegetativa. Nam anima sensibilis dicitur spiritus iuxta illud Ecclesi. Quis nouit si Spiritus filiorum Adam ascendet sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum, sed duo spiritus non possunt esse in eodem loco, ergo non poterit in eodem corpore animalis esse spiritus irrationalis, ut anima sensibilis, & spiritus angelicus, ut Angelus, sive Dæmon.

Ecclesi. 3.

Præterea, videtur, quod in nullo corpore possit subintrare Angelus, vel Dæmon. Nam sicut se habet quantitas ad quantitatem, sic se habet substantia ad substantiam: sed quantitas sic se habet ad aliam quantitatem, quod non compatitur secum qualitatem aliam, ergo & substantia non compatitur secum substantiam aliam. Vbi ergo erit substantia cuiuscunq; corporis, ibi non poterit esse substantia Angeli, neq; Dæmonis.

I N C O N T R A R I V M est, quod dicitur Marc. quod deprecabantur Iesum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos. Cum ergo corpora porcorum sint corpora animata anima sensibili, ergo non solum corpora quæcunq; sed etiam animata anima sensibili possunt intrare Dæmones.

Marc. 5.

## Dub. II. Lateralis.

*An Dæmones humana corpora ingredi, ac uexare possint.*  
*Conclusio est affirmativa.*

D.Tho.2.sen.d.8.arti.5.D.Bon.d.8.arti.1.q.1.p.2.Ric.d.8.q.7.Dur.d.8.q.3.Barth.Syb.3.Dcc.c.3.q.1.Ric.d.8.q.2.



L T E R I V S autem queri potest: Vtrum possint subintrare, & vexare corpora humana? Et videtur, quod non, quia nihil illabatur animæ, nisi solus Deus, sed cum anima humana sit in qualibet parte corporis, si in corpore humano posset esse Dæmon, vel Angelus, Aegid. super ij. Sent. M m 2 tunc

tunc in eodem loco, seu in eadem parte corporis essent duo spiritus, videlicet angelicus, & huma-nus : sed sicut duo corpora non possunt esse simul in eodem, nisi unus illabatur alij, ergo, ut vide-tur, nec duo spiritus, sed cum unus spiritus non possit illabi alij, ergo &c.

Præterea Magister in littera iuritens auctorita-ti Bedæ, dicit, quod impleuit Sathanas cor Iudeæ non intrando, sed malitia sua vires inferendo. Sic et in littera dicit, quod Sathanas cor alicuius implet, non ingrediens, neque introiens aditum cordis, quia haec est potestas solius Dei. Sed quare ratione Sathanas non potest intrare cor hominis, quod est membrum animatum anima rationali, par-ratione non potest subintrare quancunque aliam partem corporis hominis, cum omnes tales par-tes sint etiam sic animatae.

Præterea, quæ eodem modo comparantur ad aliud, non possunt esse simul in eodem aliquo: sed sicut anima rationalis est tota in toto, & tota in qualibet parte, ita Angelus ubi est, est totus in toto, & torus in qualibet parte. & quia vterque spiritus tam humanus, quam angelicus ubique sunt, sic similiter sunt, quia sunt torus in toto, & totus in qualibet parte, ergo &c.

**I**N C O N T R A R T V M est, quod dicitur Mat. Ex spiritu immundo ab homine. erat ergo ille spiritus in homine, postquam dicebat do-minus, quod exiret ab homine, sed non erat in ani-ma, ergo erat in corpore.

Madi.s.

### Resolutio Artic. IIII.

*Spiritus non prohibitus, & separatus, quocunque corpus ingredi potest, ut patet ex carentia termina-tionis, ex sui natura locum non occupante, nec replente; & ex ipsu operatione.*

**R**E S P O N D E O dicendū ad quæstionē primam, quosdam propter verbū Prophetae, quod spiritus non est in viscerebus idolorum, & propter verba Glos. quod spiritus immundus potest affltere simulacris, sed intrinsecus esse non potest, opinatos fuisse Dæmones, siue Angelos posse subintrare corpora aliqua, si sint cōcaua, & posse penetrare si sint porosa, sed si non essent nec cōcaua nec porosa, sed continua, & so-lida, nullo modo ea subintrare possent. Sed hæc positio vera est, si Angeli, vel Dæmones haberent corpora naturaliter sibi unita, super quæ haberent totaliter diuinum, ut ea transformare possent, ut vellent, sicut & Aug. in pluribus locis tangit, fīm quem modum, sicut aer potest esse in corpore concauo, & subintrare corpus porosum, sic & Dæmon forte fīm hunc modum dicendi posset, corpus autē omnino solidum sicut nec aer sub-intrare potest, sic nec Dæmon propter resistētiā sui corporis subintrare posset, sed cum dictum sit supra, Dæmones non habere corpora naturaliter sibi unita, cum sint spiritus à corporibus se-parati, quia corpus non cedit spiritui, ideo quan-tum est de natura sui, nisi prohibetur, poterit

A quilibet spiritus separatus esse in quolibet cor-pore, & intrare quocunque corpus. Quod tri-plici via declarari potest.

Prima via sumitur ex carentia terminationis. Nam de ratione figuræ est, quod termino, vel terminis contineatur: Dæmones autem, & oēs huiusmodi spiritus sunt interminabiles, & infigurabiles, quia nullā quantitatē, & nullam di-misionem habent. Secunda via sumitur ex non repletione, sive ex non occupatione, quia nullū locum occupant, & nullum locum replet occu-pando. Et si dicitur de cœlo Empyreo, quod sanctis Angelis est repletum, intelligendū est, quantum ad ornatum, & quantum ad decorum. Tertia via sumitur ex ipsa operatione.

Prima via sic patet: Nā per se est, quod dimen-siones dimensionibus resistant, ut patet ex. 4. Phys.

T. c. 37.76.

Ideo si essent dimensiones per se existentes separa-tæ, adhuc resistenter dimensionibus, & non com-paterentur secum dimensiones alias. Res ergo terminata per dimensiones resistit alij rei termina-tæ; sed rei interminabili, & non habenti dimensio-nes, res terminata, & dimensionata resistere non potest. Hanc autē rōnem tangit Dam. 2. lib. c. 3. di. de spiritualibus creaturis, quod non circuinterminantur a patietibꝫ, & ianuis, & claustris, & signaculis. Et subdit, quod indeterminabiles sunt. Cum enim quis est in carcere, partes terminat motum eius, ut vultu-ria patietem non possit ire: & cū quis vult intra-re domū clausam, patietes, & ianuae terminat mo-tū eius, ut ultra eas non possit procedere, neq; domū intiat: causa aut, quare paties, & ianua, possunt terminare motū alicuius, est, quia res illa termina-bilis est, ut quia habet dimensiones, & terminos, quibus partes potest resistere. Sed si res esset non terminabilis, & dimensionibus caret paties, & aliæ res terminabiles non possent terminare motū eius, quin posset subintrare patietē, & ingredi do-mū clausam, vel etiam exire per patietem, domo exsiste[n]te clausa, & non posset contineri, vel reti-neri patietibus, vel ianuis, vel quibuscumque talibus, quodlibet ergo corpus sine resistētiā potest subintrare spiritus. Secunda via ad hoc idē su-mitur ex non repletione, sive ex non occupatio-ne. Dicunt ergo aliqui, posse Dæmonem esse in corpore concauo, & posse subintrare corpus porosum, non autem solidū, constat enim, quod cū non sit date vacua, in concavitate corporis est aer, & pori corporis tenui sunt aere.

Quæremus ergo, cum Dæmon est in concavi-tate corporis, vel intrat per poros corporis; Vtrū cedat sibi aer, quæ est in cōcauitate illa, vel in po-ros illis. Quia si cedit, ergo locum occupat, cum cedat sibi corpus, quod est ridiculum dicere, quia si occuparet locum Angelus, multo magis occupa-ret anima, cum sit simplicior ea; & si anima occu-paret locum, & non posset esse in corpore, nisi cederet sibi corpus, nunq; posset esse perfectio cor-poris, nā si sua pfectiō cederet, pfectibile, nunq; pfecteret, ergo, si aia non occupat locū, nec cedit, si-bi corpus, multo magis, nec Angelus. Sed si subintrare potest Dæmon, vel Angelus corpus

Angelus, &  
Anima lo-cum nō occupant.

poro-

**A**porosum absque eo, quod aer cedat, & esse in corpore concavo absque cessione aeris, poterit subintrare, & esse in corpore, quantumcumque solidum cum tota causa, quare quis potest subintrare aeren, & esse in aere, & non in corpore solidum sit, quia cedit aer, & non cedit corpus solidum.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex spiritu operatione. Longe autem aliter operatur species, & alter corpus, nam corpus non operatur ubi est, quia tunc operaretur in seipso cum non compatiatur aliud corpus secum, sed operatur ubi non est, calefacit enim ignis lignum, ignis tamen calefacies non est ubi est lignum, sed est iuxta lignum, sic forte aliqui imaginantur de spiritu, quod non est ubi egit, sed si iuxta illud, in quod agit, imaginantur ergo spiritum esse per se localem, & habere aliquam superficiem, secundum quam possit esse iuxta rem, in quam agit, sed cum spiritus non sit per se localis, nec terminetur ad locum, nisi ratione operationis, non erit alicubi, nisi quia operatur ibidem, vnde Dam. libr. 1. loquens de loco incorporealium ait: Quia incorporea natura ubi nimirum est, & operatur, q.d. quod non est alicubi, nisi quia operatur ibidem. Si ergo operatur in corpore, & illi operationi non cedit corpus, oportet, quod ipse possit esse in quolibet corpore, & ei non cedat aliquid corpus. Dicamus ergo, quod spiritualis substantia determinatur ad locum, & determinatur, quod sit in corpore aliquo per operationem, non per operationem intrinsecam non transeuntem, quia illa sit non circumcernit aliquid corpus, vel non requirit praesentiam alii cuius corporis, sed per operationem extrinsecam, & transeuntem. Et quia homini operatio est in ipso corpore passo, & ubi est operatio spiritus, ibi est & ipse spiritus, si huiusmodi operatio est in ipso corpore, & ei non cedit corpus, quia non quam subiectum cedit suo accidenti, immo est simul cum suo accidente, quia non potest esse accidens, sine suo subiecto; consequens est, quod corpus non cedat spiritui agenti in ipsum, sed sit simul spiritus agens cuius corpore, in quod agit, quicquid sit illa actio, sive sit motus, sive quodcumque aliud: vt si spiritus mouet corpus, vbi cunque erit homini motus, qui est operatio spiritus in corpore, ubi erit, & ipse spiritus: & quia motus est in ipso corpore moto, erit etiam ibidem & ipse spiritus mouens. Quia si dicatur, quod spiritus potest esse alicubi per solam applicationem virtutis, secundum quem modum essendi non oportet, quod spiritus sit in corpore, sed iuxta corpus. Dicimus, quod secundum nostrum modum intelligendi, prius intelligimus speciem suam applicare virtutem, & postea operari, vbi cunque ergo est operatio ipsius spiritus, ibi poterit esse applicatio virtutis eius, & quia in ipso corpore est talis operatio, ideo spiritus potest esse in ipso corpore per operationem, sic etiam in ipso corpore poterit esse huiusmodi applicatio virtutis, & sic poterit ibi esse spiritus per virtutis applicationem, non oportet ergo, quod cedat corpus spiritui, sed poterit esse simul cum corpore, sive sit ibi per operationem, sive per virtutis applicationem.

Angeli per  
quoniam opera  
non emunt  
Ioco. idem  
q. 2. art. 1.  
d. 1.

RESP. AD ARG. ART. IIII.

**A**D primum dicendum, quod aliquid non posse esse in corpore solidi, hoc est, quia tale corpus proprius sui duritiae non cedit. Si ergo aliquid sic esset alicubi, quod non oportet cedere ei corpus, sic posset esse in solidi, sicut in non solidi.

Ad secundum dicendum, quod nunquam potest recludi spiritus, quod teneatur a corpore, sed aliquid quando fingunt se teneri, ut nos decipient, vel quia forte Principi Daemoniorum multum placent sacrificia, & multum desiderant, quod honores diuini tribuantur illi ratione sua elationis, & superbiae. ideo forte cogit inferiores spiritus, super quos potestatem habet, ut in vase, vel in anulo aliquo recludant, non quod vas illud, aut anulus secundum se eos tenere possit.

Demones  
fingunt se  
recludi in  
ali quo corpos  
re, ut nos de  
cipiant.

Ad tertium dicendum, quod esse intus aliquid, potest esse duplicitate, vel quod faciat cum eo unum sit esse, & resulteret una essentia ex utroque, secundum quem modum anima est in corpore, quia facit unam essentiam cum eo, & habet unum esse cum ipso, & sic nunquam Demon, vel Angelus intrat idolum, sed semper dicitur esse extra idolum, quia non est unum per essentiam cum idolo, ut istud extra non dicat differentiam localem, sed essentiam, secundum quem modum dicit Isido. de lumino bono libr. 1. c. 2. quod Deus est extra omnia, non exclusus, est enim Deus extra quocunque, quia non facit unam essentiam cum aliquo, sed non est exclusus a quocunque, quia est cuiuslibet rei in timus. Sic & spiritus, licet valde sit exile simile, est extra corpus per differentiam essentiale, & est in corpore per operationem, & per applicationem virtutis, & quasi per presentiam localem. Ista itaque essentia spiritus est in ipso corpore, in quo operatur, dicitur tamen esse extra corpus & assistere corpori, quia non est perfectio corporis, nec facit unam essentiam cum essentia corporis.

Demones  
quo erat in  
Idolis infra  
ad 2 argum.  
dub. 2.

### Resolutio Dub. I.

*Spiritus non prohibitus, & separatus corpora ani  
mata vegetabili, ac sensibili ingredi potest: ut pa  
tet ex quantitate corporum, ex materialitate for  
marum, ac ex modo earundem quantitatibus.*

**A**D id autem, quod querebatur, utrum Demoness possit subintrare, & vexare corpora animata anima vegetabili, & sensibili; Dicendum, quod huiusmodi corpora possunt intrare Daemones, quod triplici via potest declarari. Prima quidem via sumitur ex ipsa quantitate corporum. Secunda ex ipsa materialitate formatum. Tertia ex modo quantitativo eorum.

Prima via sic patet, nam secundum naturalem cutsum quantitas resistit quantitati non substantiae, potest enim esse simul substantia cum dimensionibus, sed non possunt esse simul dimensiones cum dimensionibus virtute naturae, licet per miraculum, & per donum supernaturale possint, sicut corpora beatorum possunt esse simul cum alijs corporibus, propter dotem subtilitatis, quod est donum supernaturale eis a Deo collatum. Cum ergo talia ve-

Beatorum cor  
poraque mo  
do possint  
esse simul,  
& vide d. 2.  
q. 2. art. 2. ad  
2. a. g. dub. 2.

getabilis, quām sensibilis sint in loco per quantitatem, quia & ipsum corpus animatum per quāritatem est in loco, quia quantitas secundum, q̄ huiusmodi non resistit ipsi substantiæ fīm se, sed resistit quantitati. Angelus, qui est substantia separata à quantitate, simul esse poterit cum quantitate corporis, & per consequens cum ipso corpore, quod est in loco, per huiusmodi quantitatem, & etiam cum omnibus alijs, q̄ sunt in limōi corpore, siue sunt formæ substanciales, siue accidentales, quia non alias locus responderet quantitatē corporis, & oībus perfectionibus corporis. Ipsū, n. corpus est in loco per suam quantitatē & omnia, q̄ sunt in corpore, sunt in eodem loco cū corpore, & sunt in loco per ipsum corpus. Vna enim substantia corporalis non potest esse fīm curium naturæ in eodem loco cum alia corpora li substantia, quia cum substantiæ corporales sint in loco per quāritates suas, & quantitates sibi inuicem obstant, quia dimensiones vnius non cōpariūt secum dimensionibus alterius, illæ duæ substantiæ simul esse non poterunt: sed si altera illarum duarum substantiarum absolugetur à quantitate, vel si possit esse in loco aliquando, q̄ per quāritatem, quia tunc ei non resisteret quantitas, posset simul esse cū quantitate alterius substantiæ, & per consequens simul cum altera substantia; & q̄a Angelus est substantia absoluta à quantitate, & non est in loco per quantitatem, ideo potest esse simul cum quantitate, & cum substantia, q̄a est in loco per quantitatem.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex materialitate formarum, nam quia tam anima vegetativa in plantis, quām anima sensitiva in brutis, educūtur de potentia materiæ ideo sunt formæ simpliciter materiales Angelus, p̄p̄ sui simplicitatem, quia est forma immaterialis, nō repugnat esse simul cum anima vegetativa in platis, & sensitiva in brutis. unde & Dam. vult, q̄ oī aliud a Deo comparatum ad ipsum sit aliquid grossum materiale, & corporale. Solus aut̄ Deus est immaterialis, & incorporeus. Deus ergo quia immaterialis, & simplex est respectu cuiuscunq̄e creaturæ, ideo potest esse, & est in qualibet creatura, Angelus aut̄ licet sit valde dissimilis, similitudo in, quantū spectat ad propositū, quia est simplex, & immaterialis respectu corporū, & formarum eductarum de potentia corporū, poterit simul esse cū corporibus, & cum formis eductis de potentia corporū, virtū autem simul possit esse cū anima rationali, quæ non est sic educta, infra patebit.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex modo quantitatiuo ipsarum formarum, & ista via tertia est quasi cōplementum viæ secundæ. Nam si Angelus, quia est substantia absoluta à quantitate, ideo potest esse simul cum quantitate, quia nō est per se, q̄ quantitas resistat substantiæ, non repugnabit ipsi Angelo esse simul cum omnibus his, quæ extendunt per quantitatem, nam oīa talia possunt dici esse situalia, & quanta. Et quia omnes formæ eductæ de potentia materiæ extenduntur, extensione materiæ, quia extendunt extensione quan-

A titatis, q̄ est in materia, & quæ extēdit materiali, iō poterit spiritualis substantia simul esse cū oībus talibus extensis per quātitatē sicut p̄t simul esse cum ipsa, quantitate. Quod ergo diximus de Angelo, quia cū sit substantia immaterialis, iō p̄t esse simul cū forma materiali educta de potentia materiae, q̄ erat secunda via, veritatē hēt ex ista tertia via, q̄a oīs talis forma extendit extēsione quātitatis, vt possit cū ea simul esse spiritualis substantia, sicut potest esse simul cum ipsa quantitate.

R E S P. A D A R G. D V B. I.



D primū dicēdū, q̄ Dēmones subintrantes corpora aliqua aīta, aliter sunt motores ipsorum corporū, q̄a aīta movent sua corpora p̄ virtutes organicas,

B Dēmones per non organicas. Vēl possumus dicere, q̄ argumentum possit arguere de ipsis perfectionibus, q̄ proportionātū suis perfectibilibus, & maximē de perfectionibus substancialibus, vbi nec vna perfectio est plurimum perfectibile, nec plures perfectiones eiusdem perfectibilis, loquēdo de perfectionibus eductis de potentia materiæ, sed non est sic de Motoribus, q̄a p̄t vnu motor mouere plura mobilia, & plures motores idem mobile. Possumus aut̄ tertio r̄idere, & melius, quod nec imperfectionibus fīm eundem modū, sunt plures vnius, vēl vna plurimum, cū nec duæ aīg, nec duæ albedines i eodē corpore, nec vna aīa, nec vna albedo in pluribus sit fīm eūdē modū, nec plures motores vnius mobilis, nec plura mobilia vnius motoris, loquēdo de motoribus creatis. Et si dicatur, q̄ plures homines trahūt nauē, oīs illi se habēt, vt vnuus motor, & si vnuus homo simul traheret multos lapides, oīa illa se haberēt, vt vnum mobile, sed si perfectiones, & motores se non habent secundum vnum modū, non est inconueniens plura talia esse in eodem, vt in eodē corpore est perfectio substancialis, & accidentalis, & etiam sunt ibi, vēl esse possunt plures perfectiones accidentales non eiusdem generis, vt in eodem pomo est color, & sapor: sic motores non eodem modo se habentes, non est inconueniens plures esse in eodem, & maximē quando vnum est sub alio: & quia sub potentia substantiæ spiritualis collocatur anima, quia est perfectio corporis, non est inconueniens simul cum anima esse spirituale substantiam, in eodem corpore tanquam motorem, sub motore. Quicquid ergo sit de perfectionibus, & de alijs dictis: quantum tamen ad hoc, quod in eodem corpore possunt esse plures motores, si vnu sit sub alio, veritatem habet quod dicitur, & solutum est argumentum.

C Ad secundum dicendum, q̄ si anima brutorū dicitur spiritus, non tamen est spiritus absolutus a corpore, sed est perfectio corporis, & extēditur cum corpore. ideo cum tali spiritu poterit esse spiritus Angelicus sicut cum ipso corpore.

D Ad tertium dicendum, q̄ si substantia aliqua p̄ se esset in loco, vel non esset in loco per quantitatem, esset probabile argumentum, vel esset ipsum difficile soluere, vel etiā concluderet veritatem, loquen-

Dēmon, &  
anima quo  
modo pos.  
sit esse in  
codem cor.  
pore.

Animæ Br.  
torum, quo  
modo dicat  
spiritus.

sequendo de substantijs creatis: sed euna anima sensitiva, & vegetativa educantur de potentia corporis, & sunt in loco per quantitatem corporis, cum talibus substantijs poterit simul esse substantia spiritualis, sicut & cum quantitate corporis.

## Resolutio Dub. II.

*Spiritus non prohibitus, & separatus, corpora humana ingredi potest, ac vexare: ut anima ad quantitatem, ad corpus, & ad virtutes organicas comparatur.*

AB. 5. **A** id autem, quod queritur, virtutum Daemones, vel substantiae spirituales quaeunque possint subinfrare corpora humana, & etia vexare ipsa; Dici potest, quod nisi huiusmodi substantiae virtute diuina prohibeantur quatuor est de naturali corpori potentia, oia huiusmodi corpora, siue sint inanimata, siue animata animalia, vegetabili, siue sensibili, siue rationali subintestate possunt. Propter quod corpora hominum subinfrando, & mouendo vexant, & perturbant, sicut ex pluribus locis scripturae haberi potest, iuxta illud Act. 5. Afferabant vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes. Possumus autem triplici via declarare propositum: Ut prima via sumatur, prout anima comparatur ad qualitatem, secundum quam determinatur ad locum. Secunda prout comparatur ad corpus, quod perficit. Tertia prout comparatur ad virtutes organicas, per quas mouet.

Locus non competit materia, nec forma, & ceterum.

Prima via sic patet: Nam nec materia est in loco, nec forma est in loco, sed totum est illud, cui attribuitur locus, totum ergo est illud, quod per se dicitur esse in loco: partes autem, siue sunt essentiales sicut est materia, & forma; siue quantitatibus sunt in loco, quia totum est in loco, quae non habent per se esse, eis per se non competit locus.

Aduertendum tamen, quod non oportet idem esse id, cui attribuitur aliquid; & id, quod est ratio eius, ut non est idem id, cui attribuitur agere, & id, quod est ratio agendi: nec id, cui attribuitur pati, & quod est ratio patiendi.

Totum enim compositum est id, cui attribuitur agere, & pati, siue est id, quod agit, & quod patitur: ratiōnā agēdi principaliter est forma, patiendi materia. Sic & in proposito, non oportet idem esse, cui attribuitur locus, & id, quod est ratio essendi in loco, ut ipsi toti attribuitur locus, sed attribuitur ei locus in eo, quod est quantum,

Locus, & locandi ratione different.

\* Ratio essendi in loco est quantitas.

& ratiōnā essendi in loco est qualitas. Corpus ergo quodcumque, siue animal, siue inanimatum est in loco per qualitatem: sic omnia, quae sunt in corpore, per quantitatem determinantur ad locum. Anima ergo humana quandiu est perfectio corporis, ibi est, ubi est suum corpus: & quia esse in loco competit corpori per quantitatem; consequens est, quandiu huiusmodi anima est perfectio corporis, ut per quantitatem sui corporis determinetur ad locum. Quicquid ergo potest simul esse cum quantitate corporis humani, potest esse in

A ipso corpore humano: & per consequens erit simil cum anima humana, quia erit in eodem corpore, in quo est huiusmodi anima. Et quia secundum naturam eorum non aliter oblitus naturae spirituali qualitas corporis humani, quam qualitas alterius corporis. sicut spiritus potest esse in quoconque alio corpore, sic potest esse in corpore humano: & sicut existens in corporibus alijs, est in eodem loco, ubi est forma, & ubi sunt perfectiothes illorum corporum, sic existens in corpore humano, est in eodem loco, ubi est anima humana: & ubi sunt perfectiones corporis humani, differenter tamen, quia formae aliorum corporum sunt extensa extensione illorum corporum. propter quod si possint separari a suis corporibus, & romanerent sic extensa, simul cum talibus formis possent esse spirituales substantiae.

**B** Sed si anima humana esset separata a corpore, simul cum ea non posset esse spiritus angelicus, esset enim tunc simile iudicium de anima, & de alijs spiritualibus substantijs: & quia gena spiritualis substantia non potest esse ubi est alia, nec poterit esse ubi est anima separata. Spiritualis itaque substantia potest esse simul cum formis aliorum corporum materialiter: & quia huiusmodi formae determinantur ad locum per quantitatem, & quia extenduntur extensione quantitatis, & quia educuntur de potentia materiarum extensa per qualitatem: sed anima humana licet determinetur ad locum, dum est perfectio corporis per qualitatem, non extenditur extensione qualitatis, nec educit de potentia materia extensa per quantitatem, & quia non determinatur ad locum per qualitatem, nisi dum est perfectio corporis, ideo non potest simul cum anima humana esse angelus, vel Daemon, nisi dum est perfectio corporis, sed anima separata, & quocumque spiritualis substantia simul esse non potest.

**C** Ex hoc etiam manifeste apparet, quoniam & quantitas corporis Christi, ut veritas catholica tenet, potest esse simul cum dimensionibus panis. Nam quia qualitas illa in sacramento est mediante substantia corporis Christi, licet qualitatibus illi secundum se repugnat esse simul cum dimensionibus panis, tamen quia huiusmodi qualitas est sub sacramento, mediante substantia corporis. (nam non repugnat substantia corporis Christi ratione conversionis factae, esse cum dimensionibus panis) non repugnat qualitate eius esse cum dimensionibus panis. Sic & in proposito licet anima humana, secundum se, repugnat esse simul cum angelo, vel cum Daemon: si tamen quia quod diu est perfectio corporis determinat ad locum per qualitatem corporis, ideo non repugnat spiritui esse simul cum qualitate corporis, sic non repugnat esse simul cum anima humana, quod diu est perfectio corporis. Poterit ergo spiritualis substantia esse in corpore humano, non obstante, quod in qualibet parte corporis sit anima humana, immo multae spirituales substantiae in eodem corpore humano simul esse poterunt ita tamen, quod qualibet erit in alia, & alia parte corporis; sicut legitur Marcus 5. De homine obsesso, quod cum quereret Dominus, quod nomine esset illius spiritus; Respondebat: Legio, quoniam multi sunt. Secunda

Opinione diversitas.  
Spiritus duo simul esse non possunt. I. Scot. d. 37. p. 2. q. 3.  
Huc aduersatur Scotus 2. sent. d. 2. q. 1. & negat illam positionem famosa, & Aegidio videlicet: Ea quae sunt eius derat onis, plura in eodem loco esse non possunt, & affert in medium Auctoritatem Marc. vbi interrogatus Domini natus, quoniam vocaretur.

dixit: Leo mihi nomen est, quoniam est 666. Dem. Sed respon detur pro Aegidio vnu operari in vna, & alium in alia parte, & sic totū corpus erat locus unius, non partiscularis, & vide hanc resp. paulo inferius.

\* Christi corporis quantitas. De hoc vi de hunc Doc. Theoder de corp. Christi. Marc 5. Quia eodem com paratur ad aliquid, & mul in alio quo esse possunt.

Secunda via ad hoc idem sumitur, prout anima humana comparatur ad corpus, quod perfectum. Nam quæ non eodem modo comparantur ad aliquid, non est inconveniens simul esse in aliquo, & quia anima humana aliter comparatur ad corpus humanum, in quo est, & aliter spiritus, si subintret tale corpus, quia anima est ibi, ut forma, & ut perfectio: spiritus autem, ut motor, vel, ut vexator, ideo quandiu anima est perfectio corporis, simul poterit esse cum spirituali substantia in eodem corpore. Sed si huiusmodi anima esset separata, quia eodem modo competet ei locus, sicut alijs spiritualibus substantijs, separata à corpore non posset simul esse cum spiritualibus substantijs.

Tertia via ad hoc idem sumitur, prout anima humana comparatur ad virtutes organicas,

*Animæ in corpore sed vi forma, & motrix, ut mouet corpus per virtutes organicas: spiritus vero interius per intellectum & voluntatem.*

per quæs mouet, nam si dicatur: Si anima est in corpore humano, ut forma, est etiam ibi, ut motor, & ideo licet non repugnet animæ humanae esse simul cum alia spirituali substantia, ut forma, quia alia spiritualis substantia non potest ibi esse forma, repugnat tamen ei esse ibi, ut motor, quia spiritualis substantia est etiam ibi, ut motor. Ideo dicemus, quod nec, ut forma, nec, ut motor: est anima humana in corpore, sicut angelus, vel Dæmon. de forma quidem patet, de motore etiam patere potest. Nam si angelus, vel Dæmon mouet corpus aliquod, hoc erit immediate per voluntatem, & intellectum, quæ sunt virtutes non organicæ, anima vero si mouet corpus, hoc non est immediate per intellectum, & voluntatem, sed per virtutes corporeas, siue per virtutes organicas, anima enim quandiu est forma corporis, non potest immediatè mouere corpus, nisi per virtutes organicas, & quia non repugnat spirituali substantiæ esse simul cum virtutibus organicis, quia sunt extensæ extensione quantitatis, non repugnabit ei esse in corpore humano, ut motor, quantumcumque etiam anima sit motrix illius corporis, quia non erit eodem modo motor spiritus, & anima.

R E S P. A D A R G. D V B. I I.

*Spiritus non illabitur a mente humana, & quo intelligatur intrare eorū humanū.*

 D primum dicendum, quod licet spiritualis substantia possit esse in eodem corpore, ubi est anima, non tamen pret hoc, ut patebit, illabit animæ. De hoc enim queremus in illa quæstione, quomodo spiritus comparatur ad animam. Vtrum possit illi ibi animæ.

Ad secundum dicendum, quod Diabolus potest intrare eorū humanū, & etiam dicitur, quod ibi intrare non possit, sicut superius dicebamus de idolo, quod potest esse in idolo, & dicitur non posse esse in idolo, nam tamquam forma, & tanquam faciens unum per essentiam cum idolo, spiritus non est in idolo, ideo hoc modo magis dicitur affilere idolo, quia essentia est, quid distinctum ab idolo, qd in idolo p applicatione aut virtus: pti spiritus est in idolo, & in corde humano, & in quoque coapore, nec sic est spiritus in cor-

A pote pen applicationem, virtutis, sicut unus corpus applicatur alteri, quia corpus applicatum alteri corpori est extra illud corpus, sed spiritus applicatus virtutis suæ ad aliqd corpus est in ipso corpore, quia spiritus ubi operatur, ibi est corpus autem non est, ubi operatur, sed est iuxta illud, in quo operatur.

Advertendum tamen, quod licet spiritus possit esse in ipso corpore, & in ipso corde humano non propter hoc propriè illabitur corpori, nec etiam cordi humano, quia hoc est proprium solius Dei, ut in sequenti quæstione patebit.

Ad tertium dicendum, qd licet anima sit in toto corpore, & tota in qualibet parte, non tamen est eodem modo in corpore sicut Dæmon, vel Angelus; qd licet Dæmon, vel Angelus possit esse sic totus in corpore, & totus in parte, non tamen est sic totus, ut anima, qd nec ut forma, cu non sit forma corporis, nec, ut motor, quia Angelus, vel Dæmon mouet corpus per potentias non organicas. Anima autem per organicas, & ideo etiam, ut motor aliter est in corpore Dæmon, vel Angelus, aliter anima, &c.

## A R T I C. V.

*An Angelus, vel Dæmones anima rationali illabi possint.*  
Conclusio est negativa.

C D. Bonav.d.8.p.1.ar.1.q.1. Biel.d.8.q.1. Th. Arg.d.8.q.1. ar.1.Alex.de Alex.p.1.q.1.2.Ric.d.8.q.8. Voril.d.8.q.3. Brul.d.8.q.9.Barth.Syb.3.Dec.c.3.q.4. Item Aug.de eccl. dogm.to.c.46.Solus Deus illabitur animæ, & multo magis Angelo.



V I N T O queritur de huiusmodi spiritibus, prout comparantur ad animam rationalem, & quia anima rationalis potest considerari quadrupliciter, secundum suam essentiam, secundum suos tensus, secundum intellectum, & secundum appetitum. Ideo primo queritur de huiusmodi spiritibus prout comparantur ad essentiam animæ: Vtrum possint illabi ipsi animæ. Et videatur, quod sic, quia Aug. 12. super Gen. ad litteram loquens de spiritu maligno dicit. Nescio, qua mixtura occulta eiusdem spiritus fit, ut tanquam unus sit patet, atque vexantis. Vult ergo, quod cum spiritus malignus vexat hominem, immiscetur se aice humano, ut tanquam unus spiritus vexantis, & patientis, sed spiritus malignus non possit se sic miscere, & sic facere quasi unum spiritum cum anima humana, nisi illaberetur ei, ergo &c.

D Præterea secundum eundem Augu. eo. 12. super Gen. ubi loquens de spiritibus malignis, vult, quod etiam si nolimus, & nobis iniurias, scire possunt cogitationes nostras. sed hoc esse non possit,

*Illipiat  
Deo foli.  
Prus.*

*Dæmones quo crat in iudicis supra id. 3. ang. art. 4.*